Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uerecundantur homines. Quinimmo glo-
riant cū maleffecerint. Aliquis i mulie-
ribus uiget uerecundia quinq; parua. Si;
muiris ita hec creuit malicia. ut ille
putetur insipiens qui huiusmodi doctus ñ
est. Quid plura. hec sua est festiuitas
hec omis p̃dicatio. Ob hoc frequentāt
ecclias ut mulieres uideant et eay u-
tantur colloquijs quatenus inde luxuriē
amplius crescat appetitus. Sed quid uir
miser gloriaris malicia ista. forte qz
potens es iniquitate Centuplo peccas
q̃ mulier. Mulier mollis et tu fortem
te existimas. Illa in domo sedet et tu
vagando mille modis eam alloqueris
Et aliqui cā cogis ut ui faciat hec cum
facis. qz deus tacet. tu cogitas q̃ sit tibi
similis. Sed uenet tempus quo arguet
te et statuet coram facem tuam. Vnde filij
estote prudentes sicut serpentes et simpli-
ces sicut columbe et pugnate viriliter
cū serpente antiquo. Sint lumbi uestri
precincti et lucerne ardentes i manibus
uestris. et tuc uiriliter agite et cōfortē
cor uestrum Quia illi qui debellabant
uos. timebunt et in eo facietis uirtutē
et ipse ad nihilum deducet tribulan-
tes uos.: